B) Quoad certitudinem stricte dictam

I) Certitudo stricte dicta de propria gratia sanctificante, seclusa speciali revelatio- ne, preveniret vel 1) ex evidenter experimen- tali,

Vel 2) ex ratiocinio a priori,
vel 3) ex ratiocinio theologico,
circa positivas promissiones Dei generales
in S.S. contentas.

ATQUI ex nullo ex his capitibus oriri potest certitudo proprie dicta de propria gratia sanctificante.

ERGO

MAJOR: completa enumeratio.

MINOR:

1) Ex evidenter experimentali:

Haec certitudo acquiretur per conscienciam quae clare experiretur:

- a) aut ipsam gratiam
- b) aut aliquem effectum qui sine gratia esse non potest
- c) aut denique impletionem totius dispositionis requisitae.

ATQUI:

- a) gratia scd. se, utpote supernaturalis, superat conscientiam.
- b) effectus gratiae, scl. opera meritoria, in quantum percipiuntur, etiam sine gratia existere possunt, saltem quoad genus logicum; in quantum sunt meritoria, scl. in quantum sine gratia existere absolute nequeunt, percipi nequeunt.
- c) dispositiones sub conscientia cadunt, sed earum sufficientia ita difficulter aestimatur ut nemo prudens ultra judicium opinativum aut certitudinem conjecturalem procedere auserit.

Van Noort n.157.

Hoc patet etiam experientia ipsa peccatorum qui adulti baptizantur vel ad poenitentiam accedunt, qui tamen facile advertere possent transitum ab uno statu ad alterum, si bona recepta essent objectum conscientiae.

2) A priori:

Principium gratiac et objectum ejus propter sui excellentiam est nobis ignotum. 1-2, 112, 5.
"Nous n'atteignons directement ni la substance de notre ame, ni la presence de ce Dieu qui suivant le mot de S.Aug. nous est plus intérieur que nous-mêmes. Il faut juger des moteurs invisibles ème et Dieu par les effets et les effets sont complexes, fleunts, subtils" Huby, la Conversion p.36.

3) Ut uhusmodi ratiocinium conclusionem absolute certam praebere posset, deberet utraque praemissa esse absolute certa:

ATQUI minor uhusmodi ratiocinii, i.e. "Ego posui revera condicionem sub qua promittitur a Deo gratia sanctificans", non est ab-

certa.

ERGO

MINOR: Dato enim quod verax sit testimonium conscientiac in testando alicujus dispositionis existentiam, infallibile tamen non est indiudicanda ejusdem qualitate, utrum nempe fuerit supernaturalis et sufficiens.

Cf. Pègues in 1-2. 112.5; De verit 10.10;
1 Sent 17.~~1~~.4

SCHOL. I. Attamen gratia nostra conjecturaliter per aliqua signa, et quandoque cum certitudine late dicta, quae anxietatem dissipet sed timorem finialem et fiducialem relinquat, cognosci potest.

Beraza n. 968.

" Interrogée si elle croit être dans la grâce de D.; elle a répondu: Si je n'y suis pas que D. m'y mette; et si j'y suis que D. m'y conserve. Je serais la plus malheureuse personne du monde si je savais que je ne suis pas dans la grâce de D." (Qui cherat: Procès de Jeanne d'Arc; t 1. p 65).

SCHOL 2. An possim scire certitudine fidei divinae, hunc parvulum, quem ego ipse-
met hic et nunc baptizavi, esse justificatum.

Beraza n. 964.

Difficultates: W 433; Polhe 277; Ber 653ss.

THEISIS 16

GRATIA SANCTIFICANS OMNE ENS NATURALE CREATUM
VEL CREABILE PERFECTIONE SIMPLICITER SUPERAT (1a),
OMNIBUS ALIIS HABITIBUS PER SE INFUSIS (2a), ETIAM
VISIONE BEATIFICA EST SIMPLICITER PERFECTIOR (3a).

Suarez: De grat. 1.6, c. 13, 8-20; Salmaticenses:
Tract. 14, disp. 4, dub. 6 et 7; Terrien II 350 sqq.;
Beraza p. 790; Scheeben: La dogmatique 3è P. ch. 2;
Ramière: la divinisation du chrétien; Nieremberg:
prix de la grâce; The marvels of divine grace,
translated by Alice Lovat.

GRATIA SANCTIFICANS: Habitus entitativus, in es-
sentia animae a Deo per se infusus, quo anima redi-
ditur formaliter naturae divinae particeps.

ENS NATURALE: Ens nil habens quod, ex intrinseca
sua perfectione, pertineat ad unionem cum Deo
quidditative sumpto.

OMNE: sive substantia aut accidens, materiale aut
intellectuale.

CREATUM AUT CREABILE: sumuntur sensu latu et pro-
inde de creatione stricte au late dicta, tum de
facto, tum de jure.

HABITUS: Qualitas difficile mobilis a subjecto.

HABITUS PER SE INFUSUS: Habitus entitative super-
naturalis a Deo immediate productus. Agitur
de virtutibus theologicis et moralibus atque
de donis Spiritus Sancti.

VISIO BEATIFICA: Clara et immediata intel-
lectio essentiae Dei.

SIMPLICITER PERFECTIOR: habens nempe nobilitatem essentiam physicam, licet secundum, quid possit esse minus perfectum; v.g. Cognitione humana simpliciter perfectior est quoad essentiam statua aurea, licet haec sit secundum, quid perfectior, utpote substantia non autem cognitione humana.

NOTA: Proponitur sine censura.

N.B. Ex jam dictis, apparet praestantia gratiae sanctificantis. Haec thesis additur ut ex comparatione cum aliis donis Dei, magis elucescat illa praestantia.

Ia Pars PROBATUR

1) Ex S.S.

- a) Jo. 4,10-16; Mt. 13,44-47; 2 Pet. 1, 4 (Maxima dona); Apc. 3,18; Phil. 3,8; Mt. 16,26; 18,6; 10,28; Mt. 6,33; Ic 12,31; Hebr. 3, 14; Eph. 5,8; 1 Cor. 15,47-51; Prov. 8,11, 19; Sap. 7,8,14; Job 28,12-13.
- b) Absque gratia sanctificante nil sumus:
Ps. 14,4; Sap. 9,6; Esth. 14,11 (Impie-
ii qui non sunt); Abdias 16; Mt. 25,12;
Jerem. 4,22-27; I Cor. 13,1,2 (Quid Paulus
ante justificationem)
- c) Ex Tractatu de Incarnatione et de Re-
demptione.
- d) Ex Tractatu de Trinitate (Missio di-
vina)
- a) Ex Tractatu de Eucharistia: ad nutri-
endam vitam acquisitam per gratiam
sanctificantem, requiritur cibus divi-
nus. Eucharistia est cibus connatura-
lis filiorum Dei. Jo. 6,54.
Cf. Clemens Alex. Paedag. I,6 P.G.
8,281

I,6 P.G.8,300-301

Cf. R. 408

- Cf. Mysterium Fidei: de la Taille pp. 567-617
- f) Ex Tract. de Novissimis et de Peccato mortali.
- 2) Ex tota vita Ecclesiae: quae ad hoc ordinatur ut in fidelibus gratia conservetur, augeatur, recuperetur, et detur iis qui nondum habent. De Propaganda Fide. Cf. Missam pro fidei Propagatione.
- 3) Ex aestimatione Omnis Sanctorum qui in hac mareria sunt "des connaisseurs experts".
Quid hoc ad aeternitatem; Ad majora natus sum;
Potius mori quam foedari; Quid prodest homini;
Deus meus et omnia etc.
- 4) Ex PP.: R. 253, 564, 1228, 1443, 1451sq.; 1698, 1807,
1857 fine, 1939, 1982.
Cf. Migne P.L.35. 1510ss. S. Aug. Tract.
in Jo.
- 5) RATIONE
- a) Omne donum supernaturale superat proportionem substantiae limitatae cujuscumque;
ATQUI, dempta unione hypostatica et Maternitate divina, gratia sanctificans est maximum donum supernaturale.
- b) Donum supernaturale est aliquid quod ex intrinseca sua perfectione pertinet ad unionem cum Deo quidditative sumpto;
ATQUI nullum ens naturale est tale;
ERGO
- c) 1) Nemo potest in dubium revocare quin omne donum supernaturale, etsi accidens, sit simpliciter superans omne accidens naturale, sive materiale, sive spirituale.
- 2) Pariter donum supernaturale superat omnem substantiam materialē. Hoc valet de minimo ente spirituali etiam accidentalis; a fortiori ergo de spirituali supernaturali.

3) Sola difficultas habetur si confertur cum substantia spirituali creata scl. anima humana vel angelo. Donum supernaturale, et si accidens, simpliciter superat talem substantiam.

Ex PP.: R. 1515

S. Aug.: C.2 epist. pelag. l.2.c.6, n.12 P.L.
44, 579:

"Dei gratia non solum omnia sidera et omnes coelos, verum etiam omnes angelos supergreditur."

Tract. in Jo. 72,3 P.L. 35.1823. Utrum maius sit.....;

S. Fulgence: De Fide ad Petrum 7, 14-15
P.L. 65.678ss;

S. P. Chrysologus: Hom. 67 P.L. 52.392;
" 72 P.L. 52.405ss;

Origene: h.6 in Isaiam (?) P.G. 13.238-246;

Greg. Mangus: Dialogi 3, 17 P.L. && 261ss;

Greg. Naz.; Orat. 40 P.G. 36.360 427; Cf.
R. 101lss;

Bernardus: Serm. 29 in Cantico P.L. 183.928ss

Ex S. Th:

1=2, 110, 2, 2m

1=2, 112, 1

1=2, 113, 9c et 2m

1=2, 23, 3, 3m

1=2, 50, 6

4 Sent. 49, q.1, a.2, sol. la, ad 5m.

De Verit. 27, 3

C.G. 3, 49-63; 147-153

S. Thomas non dicit quod gratia habet imperfectius esse, sed quod habet esse imperfectiori modo; nec dicit quod natura habet nobilis esse, sed quod est nobilior quantum ad modum essendi.

d) Quo creatura magis participat de Deo
seu quo propinquius similitudine accedat
ad Deum, et perfectior et nobilior sim-
pliciter erit;

ATQUI gratia sanctificans....

ERGO

e) Illa natura est simpliciter perfectior, cuius operationes sunt perfectiores (operatio enim sequitur esse)

ATQUI operationes quae consequuntur gratiam sanctificantem longe superant perfectione et excellentia operationes cuiusvis substantiae spiritualis naturalis creatae vel creabilis, quia sunt ordinis divini.

ERGO

2a Pars PROBATUR

N.B.1) Supponimus caritatem esse realiter a gratia sanctificante distinctam. 1 Cor 12.31-13.13

2) Ex 1 Cor. 13.13. caritas est perfectior non tt. gratiis datis (charismata), sed omnibus aliis habitibus infusis.

Quod etiam probari posset ex PP. Cf. Reuet: Ind^x Theologicus n.274. scl.242, 1025, 1216, 1251, 1679, 1799, 1933, 2176.

Unde sufficit probare gratiam sanctificantem esse simpliciter perfectionem caritate.

a) Charitas comparata ad gratiam, se habet sicuti proprietas ad essentiam;

Atqui essentia simpliciter perfectior est proprietate.

Ergo gratia simpliciter perfectior est charitate.

b) Gratia sanctificans est participatio formalis naturae divinae in quantum talis. Charitas est participatio formalis alicujus perfectionis divinae, quae in divina natura radicatur. Unde sicut natura divina concipitur perfectior qualibet perfectione divina seorsim considerata, ita gratia, quae participat naturam divinam, perfectior est charitate, quae ratio nem amoris divini tt. participat. Cf. Suarez loco citato.

c) Gratia sanctificans est principium et radix omnium virtutum. De Verit 27.2.4m.

1-2,110,3,3m

1-2,110,4 1m

De Verit.14.5,6m=Gratia est sic ut perfectio prima virtutum sed caritas sicut perfectio proxima.

d) Charitas sanctificat tt. dispositive; gratia formaliter: haec ut natura, illa ut proprietas.

3a Pars PROBATUR: Perfectior visione beatifica (lumine gloriae)

a) Valunt argumenta secundae partis, quia lumen gloriae non secus ac charitas comparatur ad gratiam ut potentia et operatio ad essentiam (naturam).

b) Licet finis qui, sive objectivus, sit simpliciter perfectior eo, quod est ad finem; non tamen finis quo, seu assecutio formalis finis qui; nam haec assecutio finis ordinatur per se ad perfectionem finis cui, et est propter ipsum; ac sic est, quod visio non est finis qui gratiae sanctificantis, sed solum finis quo, sive assecutio finis objectivi, nimirum Dei in seipso; ipsa vero gratia, vel suppositum gratum se habet ut finis cui; ergo visio non est simpliciter perfectior quam gratia, sed e converso.

Salmaticenses l.c.n.114 sub fine.t 9.583.

COROLL. Gratia sanctificans est simpliciter perfectior gratiae contemplationis mysticæ, quia hæc gratiae sunt minus perfectæ lumine gloriae et charitate.

SCHOL. I. Nec de potentia Dei absoluta dari potest gratia sanctificans specifice perfectior ea quae in praesenti providentia datur.

Gratia est summae perfectionis et excellentiae quae in qualitate creata cogitari potest, quia nulla species beatitudinis excellentior cogitari potest quam illa quae in visione intuitiva Dei consistit; ergo nec potest cogitari esse divinum participatum excellentius illo cui beatitudo illa est connaturalis. Ergo nec forma, seu qualitas excellentior illa, quae tale esse divinum praetet, cogitari potest. Unde etiam animae Christi non credimus, neque intelligimus perfectionem qualitatem aut beatitudinis speciem esse communicatam; ergo signum est non esse possibilem.

Suarez l.6,c.13,n.9.Vives 9.79;

Salmaticenses l.c.dub.8,praesertim n.147.t9.

602

SCHOL. 2 Divina maternitas praestantior est gratia sanctificante. (Dz 1641)
Contra Salmaticenses et plures praesertim veteres: S.Th.3,27,2.

Beraza n.937; Nieremberg;

De Smedt:Notre vie surnaturelle I p.47.

Citant:Mt.12,48-50; Lc 11,27-28 et S.Augustinum.

a) Textus **S. Augustini** aliter intelligi potest;

b) Praesertim cum contrarium alibi docet.

a) P.L. 40,397 sq. R.1643,1644.

b) P.L. 40,267 R.1794

"Quae (rationes) saltem evincunt maternitatem illam, si non immediate sanctificet et formaliter, radicaliter tamen et remote, ac, si dicere fas est, exigitive, Mariam sanctificare." Contenson:Theologia Mentis et Cordinis.3.283-7;

"Non omnibus.....hyperdulia debetur....."

Soli Beatae Virgini, quae sola ad fines Deitatis propria operatione naturali attigit, cum Deum concepit, peperit, genuit et lacte proprio pavit".

Cajetan in 2-2,103,4,IV.

Cf. Campana: Marie dans le dogme catholique

t, l, 120-128 et sqq.

"Beata Virgo recte vocatur complementum totius Trinitatis, non quidem essentialis et intrinsecus sed accidentale et ad extra". Ibid. p. 138. Cf. Contenson 3.287.

Hugon: La mère de grâce pp. 70-107

Ripalda: De ente supernaturali disp. 79.

Terrien: Marie, Mère de D. et Mère des hoes.

SCHOL. 3. Solus Optimus et Maximus, Unus et Trinus, et gratia unionis Christi, in quo benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei (3, 2, 10, 1m; 3, 7, 13, 3m; 3, 2, 9 ~~m.~~; 3, 23, 4) et Maternitas divina (Mater diuinæ gratiae) perfectione superant gratiam sanctificantem.

SCHOL. 4. Alia proprietas gratiae sanctificantis est nos reddere capaces de condigno merendi, de qua in tractatu de merito; est scl. "semen gloriae".

5.E. DE EFFECTIBUS GRATIAM SANCTIFICANTEM CONCOMITANTIBUS.

THESES 17

GRATIAM SANCTIFICANTEM CONCOMITANTUR OMNES
VIRTUTES PER SE INFUSAE, TAM THEOLOGICAE, (la P.)
QUAE EXISTUNT TRES SCL. FIDES, SPES ET CHARITAS,
(2a P.) QUAM MORALES QUATTUOR, (3a P.) QUAE INTER SE
ITA SUNT CONNEXAE, UT NULLA EARUM SEPARATA A COETERIS
UNQUAM INFUNDATUR, (4a P.) TUM ETIAM DONA SPIRITUS SANCTI, (5a P.) QUALE OMNIA EX IPSA GRATIA
PHYSICE DIMANARE VIDENTUR. (6a P.)

"Le train des vertus". (S.Frs. Salesius).

S.Th.1-2, 49, 55, 62, 68; 1-2, 110, 4, 1m; Suarez:
De gratia 1.6, cc. 4, 8, 9, 10; P.VIII, 1-58; Billot 2
De Virt. 98-146, 170sqq.; Mazella: De Virt. 1-119;
Beraza pp. 686sqq.; 777sq.; Froget; Terrien; Polhe p.362 sqq.; D.T.C.: Cardinals (vertus); Dons (du S.-E.); Fruits (du S.-E.). W.8.31-48.

GRATIA SANCTIFICANS:

CONCOMITANTUR: Quando existit in anima gratia
sanctificans, existunt quoque virtutes et dona.

VIRTUS: Habitus operativus bonus. Cf.R. 641, 1904.

Habitus: qualitas difficile mobilis qua homo
bene aut male se habet, vel ratione naturae (en-
titativus) vel ratiojo operationis (operativus).
operativus: qui magis ad agere quam ad esse ordinem
importat.

bonus: qui scd. se convenit naturae subjecti et
ordinat illud ad opus illius naturae convenientis.

VIRTUS ACQUISITAS: virtus quae generatur per repe-
titicnem actuum

VIRTUS INFUSA: ea quae immediate a Deo in nobis sine

nobis producitur.

VIRTUS PER ACCIDENS INFUSA: quae acquiri potest repetitione actuum, sine ea tamē repetitio- ne hic et nunc a Deo infunditur. Est superna- turalis quoad modum.

VIRTUS PER SE INFUSA: Est bona qualitas mentis, qua fecte vivitur, qua nullus male utitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.
1-2.55.4.Ea, scil., quae nullis naturae viribus nec ulla repetitione actuum acquiri potest. Est supernaturalis quoad substantiam.

Omnes virtutes per se infusae sunt super- na turales quoad essentiam et dant simpli- citer posse et elevant potentias ad conna- turaliter celiendos actus supernaturales.
1-2.51.4.

VIRTUS THEOLOGICA est virtus supernaturalis immediate attingens Deum tantum objectam suum formale; quae habet Deum ut objectum mate- riale et formale et finem. Dz 530; 1-2.62.1.

FIDES: est virtus supernaturalis qua, Dei as- pirante et adjuvante gratia, ab eo revelata vera esse credimus, non propter intrinsecam rerum veritatem natutali rationis lumino pers pectam, sed propter auctoritatem ipsius Dei revealantis. Dz 1789.

SPES: est virtus supernaturalis qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, ab eo promis- sam vitam aeternam exspectamus, non propter auxilium creatum, vel nostrum vel alterius, sed propter sumnam bonitatem ipsius Dei rela- tivam et virtutem ejus auxiliatricem fide- litate in promissis obligatamé
Dz 804 fine, 836, 841, 1303, 1327s; 1337, 1407.

CHARITAS: est virtud supernaturalis qua, Dei aspirante et adjuvante gratia, Deum omnemque creaturam rationalem beatitudinis capacem diligimus, propriebus suis operibus naturam eius ipso, in quantum est finis Dz 1034; Non excludit timorem et spem Dz 1327s.
1-2.62.3.

VIRTUS MORALIS: virtus perfectiva appetitivae partis ad bonum hominis actum, vel sed se materiam eatenus scl. appetitivam perficiens quatenus non nisi actus bonos appetitivae regit, ut prudentia.

Illae virtutes morales, acquisitae aut per se infusae, versantue circa ordinem rationis ponendum in operationibus et passionibus. Sed acquisitae perficiunt hominem secundum ordinem naturalem, per se infusae autem secundum ordinem divinum scl. eo modo quo Deus ipse vitam suam regulat, si ita loquias est. Hae semper supponunt charitatem. Revue Thoniste 1918, p.69.

INTER SE TIA SUNT CONNEXAE, UT NULLA EARUM SEPARATA A COETERIS UNQUAM INFUNDATUR: Omnes simul a Deo sine nobis producuntur cum grat, scfite.

DONA SPIRITUS SANCTI: habitus perfectivi hominis quibus disponitur ad hoc ut bene sequatur instinctum Spiritus Sancti. 1-2,68,3.

EX IPSA GRATIA PHYSICE DIMANARE VIDENTUR: i.e. ita ut detur nexus physicus. non tantum moralis, inter gratiam et virtutes et dona, eo fere modo quo proprietas naturalis fluit a natura.
1-2,110,4 lm. 3,62,2; 2 Sent.26,1,4 Et ideo...

la. PARS: CONNOMITANTUR VIRTUTES THEOLOGICAE.

ADV. Nemo inter catholicos.

NOTA:

- a) Quod in justis dantur fides, spes, et caritas: De fide catholica, si non de fide definita Cf.

Dz 799s, 803, 821.

- b) Quod hacc sint dona permanentia (i.e. habitus) ab actibus distincta:
Theologicc certum si non de fide (inhaerent).

PROBATUR:

1) EX. S. S. 1 Cor. 13,13.

Quando habetur caritas, habetur et fides
et spes,

ERGO gratia sanctificantem comitantur vir-
tutes the.

théologicæ.

2) Ex DOCUMENTIS ECCL.

Dz 800, 803 sub fine, 798, 801, 808, 821, 836,
837, 838, 410, 483.

Catechismus Conc. Trid. Pars 2 De Baptismo
n.51 Huic (Baptismo) additur nobilissimus
omnium virtutum comitatus, quae in animam cum
gratia divinitus infunduntur.

3) Ex PP.: R. 607 (secundam nativitatem),
1057, 1799, 1469, 1679, 1425, 1216, 2009, 2324,
2328, 955, 72.

4) Ex TT. 1-2.110, 4, lm; 1-2, 62, 1; De Virt
5.2.3m.

5) RATIONE

Gratia operatur in filiis Dei adoptivis
simili modo ac natura in filiis naturalibus.

Natura autem filiis infundit cognitionem
fiduciam et amorem erga parents.

Cui correspondet in ordine supernaturali
relate ad Deum triplex virtus: fides, spes,
charitas.

Cf. Beraza p.689.

2a Pars: EXISTUNT TRES VIRTUTES THEOLOGICAE
PER SE INFUSAE.

ADV: Nemo inter catholicos. Quidam tamen
pauci non distinguunt charitatem a gratia sane

tificante. Cf Dz 483.

NOTA.

- a) Quod sint virtutes proprio sensu.
Theologicce certissimum, imo ut videtur,
Proxima fidei.
- b) Quod sint virtutes per se infusae:
Videtur pertinere ad fidem Dz 483, 799s;
Certe est saltem Fidei proxima:

PROBATUS

1) Ex S.S. Probatur argumento d'iplici gradu:

A) Existunt virtutes supernaturales per se infusae. W.45. Billot 100sq.

2 Pet. 1, sqq. Quo loco dicuntur justi accepisse maxima et pretiosa dona, quae ad vitam et pietatem inserviunt, quibus efficiuntur consortes divinac naturae et apti ad opera virtutum producenda.

ATQUI haec dona sunt virtutes supernaturales per se infusae.

ERGO existunt virtutes supernaturales per se infusae.

MAJOR patet ex contextu.

MINOR declaratur:

a) Explicite affirmatur:

Hacc dona sunt virtutes, nam praeter habitum entitativum qui dicitur gratia sanctificans, indicantur alia dona, habitur scl. operativi, seu principia proxima operationum, dispositiones parmanentibus ad fidem, patientiam, pietatem, caritatem.

b) Implicite affirmatur:

Idem oritur ex eo quod in justo sit nova natura i.e. principium remotum operationis cui responderet debet proprius ordo facultatum, propriaque agendi principia. Unde ex participatione ntrae.

divinae, fluunt correlativae potentiae seu habitus seu virtutes correlativae.

Hae virtutes sunt supernaturales, ut patet ex contextu sunt maxima et pretiosa dona ad consortium divinae naturae pertinentia, ducentia ad opera quae novae in Christo naturae convenientia.

a) Sunt per se infusae, utpote supernaturales. Vide R 72, 1216, 1424s, 1469, 2324.

b) Existunt tres tantum virtutes theologicae.

1 Cor. 13,1-8,8-13: Hoc loco loquitur Apostolus de tribus donis permanentibus, fide scl., spe et caritate, quae in hac vita donantur justis, non ad utilitatem aliorum, sed ad utilitatem cuiusque et ad opera producenda, quae in vita supernaturali requiruntur: (Cf 2 Cor 5,7ss; Rom 5,5; 2 Pet 1,4)

ATQUI haec dona sunt virtutes theologicae per se infusae et tres tantum sunt.

ERGO tres sunt virtutes theologicae per se infusae, **fides spes, charitas**, et haec sunt tres tantum.

MAJOR:

a) Tria illa dona sunt permanentia in hac vita (vv.8,10 et 13), ideoque habitus, ut appareat in contextu et suadetur ratioje. 1-2, 110,2.

b) Non sunt ad utilitatem aliorum, quibus opponitur charitas (v.8), sed sunt ad actus producendos qui saepe commendantur tum in Evang. tum in Epist.

MINOR: (Heb 11,6: F; Rom 8,23s: G; 1 Jo 4,16: C;)

a) Sunt virtutes theologicae, nam fides, spes et charitas immediate attingunt Deum ut objectum formale. W.32.scl.ex definitione Virt.Teholog.

b) Per se infusae sunt, nam sunt principia operum supernaturalium, ut apparet ex contextu.

C) Tres sunt, ut explicite dicitur (v.13), itaque tres distinctae (W.38), et tres tantum, quia genus quoddam omnino speciale constituant juxta Apostolum, hoc habentes commune quod sint theologicae, quarum nempe objectum proprium sit Deus. Quod etiam continetur in Trid., in scriptis PP. et TT. qui persuasum habuerunt has tres virtutes esse distinctas ab invicem, nec plures esse quae theologicae dicantur. Billot p. 110sq. P. VIII, 34sqq.

Paulus "aime à leu classer à part". Prat 1 Thessé 5,8; 1,3; Gal.5,5-6 (Agitur de objecto spei, quod supponit fidem subjectivam); Rom.5,1, 2,5; Col.1,4-5; Eph.1,15-18; 3,17 et Col.1,23; Cf. 1 Cor.13,7; Heb.6,10-12; 10,22-24 loco ponitur in 2 Thess. 1,3-4; i Tim.6,11; Tit.2,2. Apropos Apostolum saepe simul ponuntur fides et caritas: 1 Thess.3,6; Philem 5; 1 Tim. 1,14; 2,15; 4,12; 2 Tim.1,13; 2,22.

Ex documentis Eccl.: Ex Trid.:

Juxta Conc. Trid., in justificatione praeter gratiam sanctificantem infunduntur dona (Dz 799): fides scl., spes et caritas quae permanent (Dz 800), quaeque sunt habitus, siquidem distinguntur ab actibus fidei, spei, caritatis, quae praepare debent justificationem (Dz 798); cf. Dz 821.

ATQUI haec dona sunt virtutes fidei, spei et caritatis.

ERGO.

Dz 410, 483, 803 fine: Conc. Moguntinum: P. VIII. 21, 28s;

Catechismus rom. P.2 c.2.n.50-51; P. id. n.21.
Dz. 798, 800, 806, 898, 1407.

3) Ex FIDE FIDELIUM? scl. ex nominibus in Bmo. impositis: Foi, Espérance, Charité; Theopiste, Elpidius, Elpizusa, Elpidephorus, Ispes, Sperantia, Spezina, Caritosa, Charitina, Chariton.

4.) Ex PP.

S.Aug. scripsit tractatum de fide, spe et carit. R.1913, 72, 1216, 1469, 2324, 1057, 1799, 1914.

5) Ex TT.: 1-2, 62, 1.

6) RATIONE

Cum visio beatifica excludatur ab hac vita, intellectus noster non potest Deum immediate attingere nisi per fidem. Voluntas autem fertur in Deum, aut ut est bonum summum quo nos possumus perfecte beari, et hic motus fit per spem; aut fertur in Deum ut est summum bonum in se, et hoc sit per cc caritatem. Itaque actibus harum trium virtutum movemur in Deum ut objectum formale; hoc autem non fit per ullum alium actum.
P.VIII, 35.

3a Pars: CONCOMITANTUR QUOQUE VIRTUTES MORALES.

ADV: negatur a scotisis cum Scoto, a Durando et paucis aliis.

NOTA: Communis sententia et videtur certa.

Probatur

N.B. Ex Tractatu de Virtutibus supponitur existentia virtutum moralium per se infusarum.

1) Ex S.S.: Sap. 8,7; 2 Tim. 1,7; Tit. 3,6 (abunde);

Col. 1,10-12; Ez. 11,19sq.; Jer. 31,33;

1 Jo. 2,27. 1 Cor. 13,4-8; Prat 2,406ss.

de virtutibus per se infusis intelligenda esse videntur.

- 2) Ex Doc.Eccel.: Dz 410 (alias virtutes); 798
Dz 485 (De eadem quaestione ac in Dz 410)
Cf. Suarez l.6,c.9,n.15.
Catechismus Trid. P.2,c.2 de Baptismo n.51
In causis beatificationis: cf.Jus Can.n.2104.
- 3) Ex PP.: R.1476,1849,2036, cf.Terrien I 162 note.
- 4) Ex TT: Thomistae, Salmaticenses, Jesuitae,S.Bonaventura; l-2.63.3s; .65.3.2m.
- 5) RATIONE

Perfectio status gratiac exigit ut homo justus non solum sit bene ordinatus circa finem supernaturalem, quod fit sed. esse pér gratiam, et sed. agere pér virtutes theologicas; sed etiam circa media ad finem supernaturalem, quod fit per virtutes morales supernaturales. Illae virtutes necessario supponunt charitatem: "Le point de vue auquel se place le gouvernement personnel mais surnaturel de nous-mêmes, c'est exclusivement le point de vue de la charité, de l'amour de Dieu par-dessus tout, c.-à-d. le point de vue de Dieu lui-même, j'entends le point de vue d'après lequel si l'on peut ainsi s'exprimer étant à la lettre des enfants de Dieu, nous devons nous gouverner en dieux". R.Th. 1918, p.69 bas.

"Je veux que tout ce que je déciderai soit conforme à cette dictée de ma charité (dicit prudens supernaturalis).....Je fabriquerai avec ma vie, de la vérité dans la charité. Veritatem facientes in caritate". Eph.4,15. Ibid.p.73 bas.
Cf.Beraza p.690.P. VIII, 38.Billot
4a Pars: SIMUL INFUNDUNTUR.

ADV.

Quoad. virtutes theologicas negant Cajetanus, Bañoz, Suarez, Vasquez.
Suarez: De gratia 1.8, c.23, n.14.
Billot 2 De Virt.pp.137,138.

Quoad virtutes morales, non negatur nisi ab iis qui nolunt admittere illas gratiam sancti-

ficantem concomitari.

NOTA: Quoad virtutes theologicas: Probabilior
Quoad virtutes morales : Communis.

NB: Oes. conveniunt caritatem simul infundi
cum gratia,

PROBATUR

A) Quoad virtutes theologicas

1) Ex auctoritate Tridentini: Dz 800.

1) Juxta Conc. Trid. haec omnia sim-
mul infusa accipit homo per Jesum Christum
cui inseritur: fidem, spem, et caritatem.

2) Juxta adversarios, fides et
spes infunderentur adultis ante receptionem
sacramenti.

ATQUI juxta Trid. codem loco, "Hanc
fidem ante Baptismi sacramentum, Catechu-
meni ab Ecclesia petunt".

ERGO eam non habent.

2) RATIONE THEOLOGICA

Baptismus est causa instrumentalis
infusionis fiduci et spei;

ATQUI in sententia adversariorum
non prudenter hunc effectum in adultis;

ERGO

MAJOR: Ex Dz 483, 799 sq.

MINOR: Patet, nam ante receptionem
sacramenti requiruntur actus fidei et spei
Dz 798

ATQUI juxta adversarios, habitus fi-
dei et spei infunderentur quando pro-
ducuntur actus.

/ Sent. 23, 2, 5; 1-2, 62, 4; 3, 85, 6.

B) Quoad virtutes morales suadetur:

1) Ex SS: I Cor 13, 5-8.

2) Ex DOC. ECCL. DZ 410, 483.

3) Ex PP:R 1476,1849; S. Frs.Sales: le train des vertus.

4) Ex TT: I-2.65.2s; 63.3; P 8.8et39; Billot p 116ss

5a Pars: CONCOMITANTUR DONA SP.SI.

ADV.Scotus,Gabriel,Alex.Halensis:Cf SI.6.c.8.

NOTA: Communis sententia.

PROBATUR

N.B. Supponitur, ex tractatu de Virtutibus, existentia donorum corumque distinctio a virtutibus moralibus percise infusis.

1) Ex S.S. .

Suadetur I Thess. 5,19; Eph.4,30; Lc 4,1; 2,25 et ex textibus infra citandis in probatione ex ratione theologica.

2) Ex documentis Eccl.

Leo XIII:Divinum illud munus:Cavallera,
Thesaurus n.547.Dz 799sq.,813,832.

In "Veni Creator":Tu septiformis munere...

In "Veni Sancte Spiritus": Dator munorum,
Sacrum septenarium.

3) Ex PP: v.g. R 1208,1332,1337.

4) Ex TT: I-2.68.5 etl.

5) RATIONE THEOLOGICA

a) Cum Christus sit causa exemplaris nostrae justificationis (Rom.8,29), necesse est ut omnes justi habeant spiritum Christi.Rom.8,9.

Illi vero spiritum Christi habere dicuntur in quibus requiescit spiritus qui in Christo requievit;

ATQUI in Christo requievit comitatus spirituum (Is.11,2sq.)Dz 83
ERGO...

b) Expedit ut filii Dei, qui spiritu Dei a-guntur (Rom.8,14), sint facile mobiles a Spiritu Sancto in iis quae ad salutem animae vel necessaria vel convenientia sunt;

ATQUI habitus quibus filii Dei sunt facile mobiles a Spiritu Sancto sunt dona Spiritus Sancti.

ERGO haec dona simul cum gratia sanctificante omnibus iustis infundantur oportet.

c) Omnia dona Spiritus Sancti connectuntur cum caritate.

Cf. l-2, 68,5,1 et3.

S.Greg. Magnus: Moral. I, 32, 45. P.L. 75, 547. Beraza p.788.

6a Pars: EX GRATIA PHYSICE DIMANANT.

ADV: Suarez: L. 6e I³ n^o 20s.: Admittit nexum moralem non physicum.

NITA: PROBABILIOR.

PROBATOR:

1) RATIONE THEOLOGICA. P. 8. 57-59.

Gratia sanctificans se habet ad modum naturae, et virtutes infusae et dona ad modum proprietatum gratiae.

ERGO, ubi nullum est inconveniens, gratiae sanctificanti tribui debet id quod omnibus aliis naturis ex propria natura conditione competere cernitur.

ATQUI videmus omnibus naturis competere vim physicam radicandi physicæ proprietates suas.

ERGO hoc ipsum etiam gratiae sanctificanti attribui debet, non obstantibus fide et spe quae, ex speciali Dei providentia conservantur in peccatorc; Deus enim vult relinquere peccatoribus viam expeditam, qua ad Christum facile redire valcant.

2) Ex TT.: l-2,110,4,1m; 3,62,2; 2 Sent.26,1,4.

SCHOL. I. Gratiam sanctificantem concomitantur etiam beatitudines et fructus Spiritus Sancti. l-2,69 ct 70; Frogot, Terrien etc. P8.118-120; S. De grat 2.22.

SCHOL. 2. Facile apparet quomodo gratia imitatur naturam."Nam licet una sit gratia sanctificans, ramificari tamen necessario habet in varios habitus propter varias operationes". S. Bonaventura, Breviloq. p.5, c.4.

SCHOL. 3. DE CHARISMATIBUS: P 269-76;
Prat 1:150ss; 498-502; l-2.111.4s.

DIFFICULTATES.

5.E.c. DE GRATIA ACTUALI

A. DE NECESSITATE GRATIAE.

Praenotanda de Pelagianismo et de
Semi-Pelagianismo. P pp.38-53

NECESSITAS GRATIAE:

- a) Ad opera salutaria;
- b) Ad actus honestos ordinis ntlis;
- c) Perseverantiam finalem.

DE NECESSITATE GRATIAE AD OPERA SALUTARIA.

THESES 18

AD OMNE SALUTARE INTERNA GRATIA EST
AB SOLUTE NECESSARIA.

S.Th.1-2,109; P. 92 sq.; Suarez: De Gratia, l.2
Bellarminus: De gratia et libero arbitrio, l.6,
c.4; W. 291; Hurter, th.174; Pohle, p.83 sqq;
Van der Mersch pp. 38-48.

OPUS SALUTARE est actus qui ex se aliquo modo
meretur salutem. Scl. vel de condigno me-
retur vitam aeternam, vel de congruo qua-
tenus per modum dispositionis moralis me-
retur justificationem: scl. credere, sperare
diligere, poenitere etc. sicut oportet.
Dz 798.

OMNE: in suppositione universalis absque ulla
exceptione, quodcumque sit opus, et quod-
cumque sit subjectum, scl. tum justus,
tum peccator.

GRATIA: Donum supernaturale a Deo creatu-
rae intellectuali concessum in ordine

ad salutem.

GRATIA INTERNA: gratia quae hominem intrinsecus perficit, utpote influens in intellectum et voluntatem, sive habitualiter, sive transeunter. Contradistinguitur a gratia externa, quae in se est aliquid homini extrinsecum; v.g. doctrina.

NECESSARUM: (non in quantum opponitur contingentia vel libero sed in quantum opponitur inutili vel superfluo) = id sine quo adest impotentia aliquid agendi vel concipiendi.

NECESSITAS: indigentia illius sine quo adest impotentia aliquid agendi, vel obtainendi, vel concipiendi; wide variatur necessitas cum impotentia.

IMPONENTIA PHYSICA: consistit in entitativa improportione et inepititudine facultatis ad aliquem actum. Haec dicitur potentia absoluta cui respondet necessitas absoluta.

IMPONENTIA MORALIS: est improprietate facultatis ad actum secundum communem libertatis usum in re difficulti, seu secundum difficultates exercendi in praxi potestiam physicam. Haec dicitur potentia moralis seu relativa cui respondet necessitas moralis seu relativa. Unde

ABSOLUTE NECESSARIA: nempe necessitate non tantum morali seu ad facilius posse, vindicando, nempe difficultates ratione concupiscentiae inducendas, sed physica, propter impotentiam qua natura ipsa est improprietata ad opus salutare, propter ejusdem perfectionem superiorem et proinde necessarium est stricte et proprio seu ad simpliciter posse ut creatura elevetur ad ordinem supernaturalem.

SENSUS THESEOS: In quocumque homine etiam justo,

ad quemlibet actum ejus vitae connexum cum justificatione aut beatitudine; rigore necessaria est gratia illa interna propter ontitativam improportionem facultatis finitae. Aliis verbis: Potentia naturalis solis viribus naturalibus nequit ullum actum ponere qui sit actus salutaris, seu "sicut oportet," seu "recte".

ALVERSARII: Ponitur thesis contra

Felagianos: P 73-88.

Semipelagianos: P. 88-92.

Socinianos:

Protestantes literales

Rationalistas

Modernistas. DTC. Græcc 1570.

NOTA: DE FIDE DEFINITA Dz 180.

PROBATOR 1: Ex SS. P 92.

A) Ex Jo XV, lsq.: Ad omne opus salutare, specialis Christi influxus internus est absolute necessarius.

ATQUI ille influxus internus specialis est gratia interna.

ERGO ad omne opus salutare interna est absolute necessaria.

MAJOR: In hoc loco

- 1) Christus pronuntiat: nullum hominem ne justum quidem, quidquam facere posse salutariter absque speciali suo influxu.
- 2) Agitur ibi de amicis Dei et de gratia permanente, sed a fortiori concluditur opus salutare esse peccatoribus impossibile absque eodem influxu speciali.
- 3) Agitur de speciali influxu Christi, nam sermo est de eo influxu quem exseruit Christus in palmites, quatenus est vitis, nempo Verbum caro factum, nempe ut fundamentum et radix ordinis supernaturalis.

- 4) Agitur de operibus salutaribus, nam agitur:
a) de vita quā discipuli secernuntur a mundo et
constituantur amici. Christi.
b) Praeterea auxilium speciale Christi semper spec-
tat ad salutem, ut constat ex fine Incarnationis.
c) Sermo est de iis furctibus quos agricola coeles-
tis et Christus exspectant, desiderant, intendunt
et quibus homines probantur palmites genuini tan-
tag tantac vitis.
- 5) De omnibus operibus salutaribus. Licet enim aga-
tur de solis justis, mediate tamen ēt a fortio-
ri de peccatoribus; nam comparatio a Christo ad-
hibita est universalis. Cf: Corluy: Spicilegium
II, 301 sgg.; Eph 2,1; 5,8; 1 Cor 2,14. Vid R 1837;
Dz 197.

MINOR: Inflatus Christi est internus siquidem
assimilatur influxui vitis in palmites.

NOTA: Illud argumentum admotum roboretur doctrina
Pauli de corpore Christi mystico: Prat: I.343ss;
2.359-70.

B) Omnis actus salutaris revocari potest ad cogi-
tare, velle et perficere sicut oportet.

ATQUI nemo potest quidquam cogitare, velle aut
perficere sicut oportet absquo gratia interna.

ERGO... P 93.

MINOR: Cogitare: v.g. 2 Cor 3,5; Rom 9.15ss.

Velle et perficere: Phil 2,13; 1,6; 1 Cor
12.3.

Gratia interna: 1 Cor 3,4ss.

Alia loca: Cf. p.94; Hurter th. 174; DTC Grā-
ce 1573;

Corluy: Spicileg. 2.284; Prat: 2.266ss; 1.252-82.

C) 1) Ex necessitate orationis: v.g. Mt 7,7.

2) Ex necessitate regenerationis: Jo 3,5ss.

Jo 6.66

3) Ex inhabitacione Spiritus Sancti:

Jo 14,23= caritas supponit gratiam.

4) Ex S.Paulo, Doctorc gratiae, passim: Rom

3.20ss; Quia Rom 5.15; Gal 3.22; Eph 2.5ss; 13.

2) EX DOC. ECCL. Dz 103ss; 126s; 130-135;
176-182; 191, 193, 195, 200, 317, 793ss,
797, 811-3, 898, 1521, 2103.

3) EX PRACI ECCL. Vid. Orat. fer. 6ae Hobd.
Sanctae Dz 139s; R 1994.

4) Ex

Post S. Aug. requirunt gratiam inter-
nam non att. ut SANETUR natura SED ut
ELEVETUR. P 95ss; Polhe p 89s: DTC
Grâce 1574ss. v.g. R 220, 348, 558, 1003,
1153, 1219, 1302, 1455s, 1569, 1719, 1733
1791, 1821, 1832, 1835, 1855, 1883, 1890
1899, 1902s, 1914, 1936ss, 1954, 1966,
2004, 2200, 2202, 2243, 2272, 2276, 2359.
RA 782, 887, 1041ss (graec.)

5). RATIONE: 1-2.109.5ss; 3.Cg.148s

A) Actus perducentes ad finem slem. debent esse
fini sli. proportionati;

A. finis hois in ordine praesenti superat
eius ntram;

Ergo actus ducentes ad finem ejus supe-
rant ejus vires; unde ejus vires augeri
debent auxilio speciali indebito, scl.sli.
Polhe 93.

B. Etsi S.Th. agit de actibus salutaribus de
condigno meritoriis valet, a fortiori de
actibus salutaribus de congruo meritoriis,
siquidem ratio est eadem. scl impropositio:

DIFFICULTATES. W 294; Lahousse p33ss.

THEESIS 19

ETIAM AD INIITIUM FIDEI ET DESIDERIUM SALUTIS
GRATIA INTERNA ABSOLUTE NECESSARIA EST.

S.Th. I-2. 109.6; P. 97sqq.; Bellarminus: De gratia et libero arbitrio, I-6, cc.1-4; Suarez: De gratia I.2, cc.3sqq.; Beraza p.164sqq.; Mazella n.275.

INITIUM FIDEI: hic fides inchoata; distinguitur a fidio formalis.

FIDES FORMALIS: fides qua credimus quae divinitus revelata sunt ob auctoritatem Dei revealantis.

ut actus:

ut virtus: Dz 1789

NOTIONES PRAEVIAE:

a) JUDICIUM CREDIBILITATIS: Revelatio est CREDIBILIS

b) " CREDENTITATIS SPECULATIVUM: VIDEO

Revelationem esse CREDENDAM.

c) JUDICIUM CREDENTITATIS PRACTICUM:

Revelatio est credenda.

d) PIUS CREDULITATIS AFFECTUS: Volo ut credam.

Judicium credibilitatis, per se, non absolute

requirit gratiam. Dz 1786, 1790, 1794, 1812s.

Judicium credentitatis speculativum non videtur requirere gratiam; scil. supposito judicio credibilitatis, planum et ntlc. est ut ratio pronuntiet: video esse credendum.

"Ratio declarat evangelicam doctrinam mirabilibus quibus dam sigius tanquam certis certae veritatis argumentis vel ab ipsa origine emicuisse."

"(Aeterni Patris). Ex tali judicio certo credibilitatis, ntliter sequitur judicium credentitatis speculativum. Quod confirmatur ex experientia aliquorum conversorum. R. Th 1918: oct ss.

c) Judicium credentitatis practicum absolute requirit gratiam. R 1980: cogitatio: "esse credendum" debetur gratiae; idem in
Dz 178: initium fidei;
Dz 104: cognoscere quid faciendum sit;
Dz 135: sanctae cogitatio, pium consilium;
Dz 180: cogitare ut expedit.

d) Pius credulitatis affectus absolute etiam requirit gratiam. Dz 139, 178, 180, 200.

N.B. Non negatur tamen Deum posse dare gratiam ad a) et b).

De his: P 8. 171-6.

FIDES INCHOATA comprehendit:

- 1) actum intellectus practici, quo, perpensis motivis, judicamus credendum esse; hic actus vocatur judicium credentitatis et est judicium practicum credulitatis quod precedit immediate pium credulitatis affectum. (Dz 178) Cf. c).
- 2) actum voluntatis imperantis fidem formalem actus ille vocatur pius credulitatis affectus (Volo ut credam). Duo actus illi presupponunt judicium speculativum credibilitatis (i.e. res fidei credibilis est). Ad hunc ultimum actum gratia non est absolute necessaria. Cf. Dz 1790. Maz. 284; Cf d).

DESIDERIUM SALUTIS: seu initium justitiae, in hoc consistit quod homo ad gratiam obtainendam desiderat, quaerit, orat, conatur illam obtinere.

Dz 176 (invocatio); 177 (Purgari velimus).

N.B. Agitur in thesi de dispositione positiva; postea de dispositione negativa, utrum de facto existat.

SENSUS THESEOS: Etiam ad fidem inchoatam, quae, juxta doctrinam catholicam, constat judicio practico credulitatis et actu voluntatis imperantis fidem formalem, necessaria est necessitate absoluta, gratia interna entitative supernaturalis, quam nullum unquam praecessit meritum subjecti vel dispositio positiva.

Unde in hac thesi, nec affirmatur, nec negatur hoem. lapsum, perpensis motivis credibilitatis, posse solis viribus ntlibus, ntliter" velle credere" et quodammodo petere salutem.

Sed negamus hos actus esse tales ut Deum determinent ad gratiam conferendam; ho. scl. nequit ex seipso cognoscere quod sit credendum, eo modo quo fides divina credit i.e. ex sola Dei auctoritate.

ADVERSARI: Semi-Pelagiani.

NOTA: DE FIDE DEFINITA. Dz 176-178, (812-5).

PROBATUR:

- 1) SS: S.Joannes et S.Paulus asserunt fidem et justificationem ita esse donum Dei ut nemo possit illas habere absque interno auxilio divino, neque possit gloriari quasi ex suis operibus illas mereatur.

ERGO ad initium fidei...

Antecedens:

1 Cor 4.7,11-14:Dz 179,199; R 1734,1981ss; 2022
2071,2253;

Jo 6.44s: Dz 181,2029; R 1165,1890,2034;

Jo 6.64ss; R 1906,1946;

Phil 1.29: Dz 178,199,2029,R 1979.

Eph 2.8ss; Dz 178,199; R 1204,2159,2163;

Rom 11.35; 8.15,26; 1 Cor 7.26; 12.3; 2 Cor 3.5;

Phil 2.12;

Heb 12.2; Act 13.48; 16.17.

2) EX DOC ECCL. Dz 104, 135, 176, 8:

a) Ad initium fidci: Dz 141, 199, 797s; 1376ss, 1522, 2103, 3038s.

b) Ad desiderium salutis: Dz 139, 177, 198, 798, 898, 1520.

3) Ex PP. R 114; 808, 963, 1165, 1177; 1450, 1569, 1571, 1734, 1736, 1936, 1940, 1968, 1978, 1978, 1981s, 1984, 2001, 2004-7, 2034, 2045, 2163, 2227, 2243, 2246, 2278 Dz 105, 135, 176ss. *Beraza* n. 205; P. 98; *Pohlé* 102s; *Palmieri* th 26.p 192.

4) RATIONE THEOLOGICA constat, nam initium fidei et desiderium salutis sunt actus ducentes ad salutem supernaturalem, ideoque superant vires naturae. Cf. th. praeced.; 1-2. 109.6; Dz 798

SCHOL. Quae gratia sit necessaria et quomodo. P 101ss.

DIFF.: P. comp 249; P. 99; Beraza n. 205; Maz. n 298ss.

THEISIS 20

ETIAM HOMO HABITIBUS SUPERNATURALIBUS INSTRUCTUS OMNEM ACTUM SALUTAREM INDIGET AUXILIO GRATIAE ACTUALIS.

S.Th. 1-2, 169,9; P. 109sqq.; Beilarminus: De gratia et libero arbitrio, 1.6,c.15; Suarez: 1.2,c.25; cf.L3 c 8 n 23ss; Mazella n.256 sqq.; Beraza p. 190; Pohle p.110; D.T.C. Grâce 1678; Billot. p 106ss.

HOMO... INSTRUCTUS: est homo justificatus, seu ordinatus gratia sanctificante et aliis donis supernaturalibus quae per modum habituum infunduntur in hominem simul, cum caritate.

AD OMNEM ACTUM SALUTAREM: scil. ad pónendos actus qui his habitibus respondeant, requiritur, praeter concursum Dei generalem et principia illa operativa quae sunt habitus, actualis et supernaturalis tum illuminatio intellectus tum inspiratio voluntatis, ut actus illi sint siles..

INDIGET: non quidem ut elevetur, neque semper ut sanctur ejus natura, sed ut a Deo moveatur ad agendum supernaturaliter. S. Th. 1.c.; Mazella n.256.

ADVERSARII:

Molina, alii, Bellarminus (scd. quid). Nobiscum sentiunt: S. Th., Bonav., Aegidius, Cafreolus, Suarez, Jo.a.S.Th.; Vasquez, Pazz, Pesch, Jansens, Hugon, Beraz, Billot, Pègnes etc etc.

NOTA: Probabilior et communior.

PROBATUR:

1) Ex SS:

a) In locis S.S. jam citatis, praesertim 2 Cor 3 5; Phil 2,13; 1 Cor 12, 3; 15, 10; gratia dicitur

absolute necessaria ad actus salutares;

ATQUI in his locis agitur de justis, et gratia de qua est sermo videtur esse gratia actualis, siquidem ad actus spectat.

ERGO...

B) Confirmatur:

Jo 15:5 et Dz 809: influxus sc̄l. Christi debet esse continuus; Rom 9.16; 2 Thess 2:15s; Heb 13:21.

- 2) Ex CC. Dz 809, m197, 182s, 134, 141, 191, 200, 135, (Zozimus); Palmieri p 210ss.
- 3) Ex LITURGIA: "Actiones nostras quaesumus... Cf Dz 806 nota 1 et P III; Breviar: Off. S. Patricii 17 martii. lect 6; Missale: 11 Nov (S.Martini) Pelhe 113.
- 4) Ex PP: v.g. R 1792, 1942, 1556, 1572s, 2159, 2201; PIII.
- 5) Ex RATIONE (1-2. 109.9)

Homo habitibus supernaturalibus instructus constituitur in actu primo ad supernaturaliter operandum;

ATQUI qui est in actu primo ad operandum, non tamen indiget motione ab objecto supernaturali recepta, sed et motione Dei interna ad actu operandum, et quidem motione proportionata actui;

ERGO... Terrien: Grâce et gloire 2.56

ss

DIFF.: D.T.C. 1680; Beraza n.223.

A.b) DE NECESSITATE GRATIAE AD ACTUS HONESTOS ORDINIS NATURALIS.

PRAENOTANDA de erroribus Baii, Jansenii, Jansenistarum; P 113-120.

1.- Quid homo lapsus possit per solas vires naturales. P-120-147

2.- Quid homo lapsus non possit sine auxilio gratiae: P 147-185.

I

QUID HOMO LAPSUS POSSIT PER SOLAS VIRES NATURALES.

THEISIS 21

POTEST HOMO SINE AUXILIO GRATIAE ACTUS NATURALITER HONESTOS PONERE.

S.Th. 1-2, 109,2; 2-2,10,4; P. 120sqq.; Bellarminus: De grat. et lib. arb. 1.5, c.4,9-13; Suarez: De grat. l.l, cc. 2,3,6,7; Mazella 453sq.; Beraza n.329.

N.B. In tractatu de Vera religione vidimus quid intellectus possit: Dz 1785s, 1806s. Hac quaestione transmissa, quaeritur in thesi quid possit voluntas sine gratia. Dz 1794.

POTEST: i.e. habet vires tum physicas, tum morales.

HOMO: i.e. homo historicus, abstrahendo ab hoc utrum sit in statu infidelitatis, peccati vel justitiae, i.e. homo lapsus, per Christum redemptus.

ACTUS NATURALITER HONESTOS: i.e. actus conformis legi naturali, i.e. lumini rationis sibi relictac, dictantis quid faciendum, quid omittendum sit.

Talis actus neque haberet valorem moriti

supernaturalis, neque tamen esset peccatum.

(LEX AETERNA: voluntas divina ordinem naturalem jubens et perturbari vetans.

(LEX NATURALIS: participatio legis aeternae in homine.)

Quaestio est de jure, non de facto; abstrahimus scl. a quaestione utrum in hoc ordine providentiae, sint entitativē sles., an non.

GRATIA: donum supernaturale?

SENSUS THESEOS: Utrum sine auxilio gratiae sit in homine potentia tum physica, tum moralis interdum ethice bone agendi, imo et naturaliter superandi quasdam tentationes. Respondetur: Homo lapsus potest sine gratia aliquid bonum particulare facere.

ADVERSARII: Hussius, Wiclef, Lutherus, Calvinus, Baius qui docent hominem sine gratia justificante (caritate) non posse nisi peccare; quod quidem est contra fidem definitam: Dz 642, 817; cf. 776, 1027-1031, 651, 770.

Jansenius, Quesnellus, Pistorienscs, docent saltem gratiam fidei requiri ut aliquis actus non sit peccatum. Dz 1298, 1351sqq. Quod etiam damnatum est, non tamen explicite ut haereticum. Dz 1025. D.T.C. Baius 43sq. Dz 1298. Augustinienscs. P.143; DTC: Augustinismus; Baius. col 85 fine.

NOTA:

PROBATUR

1) EX DOC ECCL.

a) Indirecte:

Dz 817, 1035, 1298. Unde sic arguitur:

Non datur actus indifferens in individuo:

ATQUI non omnis actus hominis lapsi sine gratia
cliciti est moraliter malus;

ERGO aliquis actus ejus moraliter bonys.

b) Directe: Dz 1027, 1037, 1065, 1352, 1389s, 1524.

2) Ex SS simul cum PP.

Rom 2.12-15 (Cornely in h.L.) et R. 1733. Verumtamen; 1905; Dz 1022; P. 122.

3) Ex PP:

a) Quando CC. et loquuntur de necessitate gratiae semper restringunt necessitatem illam ad actus salutares, actus scil. "sicut oportet", "sicut expedit", front convenit", "recte", ad salutem, pietatem, justitiam, sanctitatem veram.

b) Actus illis absque gratia vocantur a PP. "sterilia", praeter viam", inania ad vitam aeternam", "quis non pro sunt" inno "mala".

c) PP qui scripscrunt contra Pelagianismum ut S. Aug. Prosper, S. Fulgentius (P. 122) hanc potestatem tribuunt naturae humanae. v.g. R 1162, 1220, 1528, 1733, 1795, 1905 (Dz 1524) 2244s, 2272, P. 122; Polhc pp 58s.

4) Ex TT. 1-2.109.2. Consentient paucis exceptis.

5) ADDE quod in utroque Testamento nonnulla facta peccatorum et infidelium laudantur quin nil indicit ea cum gratia fieri: Mt 5, 46; Lc 10.33.

V.G. Nabuchodonosor, Cyrus, Romani probantur, praeclamantur: Ez 29.20.

6) RATIONE:

a) Impossibilitas ponendi actus aliquot naturaliter honestos sine auxilio gratiae proveniret vel ex impotentia physica vel ex impotentia morali;

ATQUI neutrum dici potest.

ERGO

MINOR: talis actus est ntlis; unde proportio-
natur viribus ntlibus; pecc. orig. nec
lib. arbit. perit, nec natura totaliter
ohysice mutata est et depravata. Unde:

a) Quod praecepitur lege naturali est con-
forme rationi, quum lex naturalis sit
ipsum dictamen rationis.

ATQUI praeceptum conforme rationi non
jubet impossibilia;

ERGO praeceptum legis naturalis non est ho-
mini physice impossibile.

b) Neque impotentia moralis quia quaedam sunt
ex his praeceptis quae nullam praebent dif-
ficultatem ut praeceptum amandi parentes,
vel alia hujusmodi. Dz 1030.

B0 Secus natura dicenda esset inyinsece et
totaliter corrupta, quod non est.

Cf. Tract. de Pecc. Originali.

COROLL.: Practice sequitur opera bona; praes-
ertim publica hominibus placentia, non
esse signum certum amicitiae cum Deo.

SCHOL. I. De sententiis Vasquesii et Ripal-
dae. P. 126 sq.; L.T.C. Grâce: 1581;
Polhe 68; Mazella 461sqq. Dz 1034, 1524.

SCHOL. 2. Num homo solis viribus naturali-
bus possit Deum diligere super omnia
P.128 sqq.; D.T.C. 1585 sqq.; 1-2,
109,3.

DIFF.: P.123; P.Comp.217; Beraza n. 346 sqq
W.n 307. Inst.

THESIS 22

NON OMNIA OPERA QUAE FACIT HOMO IN STATU PECCATI AUT INFIDELITATIS PECCATA SUNT.

S. Th. 1-2, 109 et 2-2, 10, 4; Suarez l.l, c. 4 sqq.; P. 132 sqq.; W. 302 sqq.; Beraza 311 sqq.; Polhe 73 sq.

STATUS INFIDELITATIS est status eorum qui nondum credunt fide supernaturali.

STATUS PECCATI est status eorum qui habitualiter sunt aversi a Deo, fine ultimo.

SENSUS THESEOS: In thesi praecendi abstraximus a quaestione num homo ita agens sit in statu gratiae aut saltem fidem habeat, quamvis argumenta valerent etiam pro homine peccatore et infideli. Haec thesis ponitur praesertim contra Baianos.

Quaestio scl. non est tt. de facto, sed de jure; utrum scl. opus, eo ipso quod est opus peccatoris aut infidelis sit peccatum; agitur, ut patet, de peccato formaliter sumpto non tt. materialiter accepto.

ADVERSARI: Wicleff, Hus, Lutherus, Calvinus, Baius, Jansenius, Augustinenses.
Cf. W. 302; Beraza 311 sqq. P 132 Dz 1394, 1395, 1398; 1035, 1040, 1027, 1294s, 1297, 1298, 1301.

NOTA: In quantum docet fieri posse opera bona ante justificationem: DE FIDE DEF. Dz 798, 817 sq.

In quantum docet etiam ab infidelibus fieri posse opera quae non sint peccata, sed moraliter honesta: thesis est theologice CERTA.

PROBATUR:

1) Ex S.S.:

